

ZUM BAYRISCHEN KONKORDAT VON 1583

VON

J. SCHLECHT.

Nach langwierigen Verhandlungen war es dem Nuntius *Felician Ninguarda* ¹⁾ endlich gelungen, am 5. Sept. 1583 das Konkordat zwischen Herzog Wilhelm V von Bayern einerseits und dem Erzbischof von Salzburg sowie den Bischöfen von Freising, Regensburg, Passau und Chiemsee andererseits zum Abschluss zu bringen. Aber merkwürdigerweise verschob die bayrische Regierung die Publikation desselben beinahe ein volles Dezennium ²⁾. Zu den Gründen, welche auf diese auffallende Verzögerung einwirkten, gehört wohl auch der Umstand, dass die bayrischerseits gestellten Forderungen von der römischen Kurie in ihrem vollen Umfange nicht bewilligt wurden. Ausser den im Konkordat selber enthaltenen Privi-

¹⁾ Ueber seine Persönlichkeit und seine Thätigkeit in Bayern wird das erste Heft des fünften Jahrgangs dieser Zeitschrift weitere Mittheilungen bringen.

²⁾ *F. Wimmer, Bibliographie des bayerischen Concordates von 1583* in Deutingers Beiträgen V, 119 (München 1854) S. 119 f.

legien und Zugeständnissen wünschte nämlich der Herzog noch verschiedene andere zum Theil ziemlich weit gehende Vergünstigungen — mehr in Form einer Bitte als eines Rechtsanspruches —, über welche uns der Nachlass des Nuntius im Vatik. Archiv Aufschluss gibt. Dort finden sich Kopien zweier „ Memorialien „, welche ihm bei seiner Abreise von München nach Rom mitgegeben wurden; das eine zum öffentlichen Gebrauche, das andere, wichtigere, sollte geheim gehalten werden.

Im ersteren ¹⁾ verlangt der Herzog Zugeständnisse, von denen er voraussetzen durfte, dass sie ihm ohne Anstand gewährt würden; wie das Recht der *preces primariae* bei Besetzung gewisser Kanonikatstellen, päpstliche Subvention des in Ingolstadt bestehenden Collegium Albertinum, Unterstützung seiner Bemühungen für Einführung römischer Liturgie und römischen Chorals, Milderung des Fastengebotes u. s. w. Thatsächlich hat der Nuntius auch seinen Aufzeichnungen die Bemerkung beigefügt, dass die letzte Bitte (Altersdispense für den Prinzen Ferdinand) gegenstandslos sei, da sie bereits gewährt worden. ²⁾

Wichtiger ist das „ Memoriale *secretum* „ ³⁾. Es enthält nichts Geringeres als den sorgfältig ausgearbeiteten Plan der Errichtung eines *Landesbisthums* am Sitz der Regierung, in der Residenzstadt *München* ⁴⁾. Der neu zu schaffende Bischof sollte „ mit den Reichsgeschäften Nichts zu thun haben „, dafür aber in Abwesenheit des Herzogs an der Spitze der Landesregierung stehen. Seinen Sprengel hätte die Stadt München gebildet, seine Aufgabe wäre gewesen, im sogenannten geistlichen Rathe den Vorsitz zu führen und über

1) Var. Polit. CII fol. 75 ff. — 2) Ib. fol. 42. — 3) Ib. fol. 78 ff.

4) Vgl. C. M. Frh. v. Aretin, *Gesch. d. bayr. Herzogs u. Kurfürsten Maximilian I.* Passau 1842 S. 303 f.

die andern (exterritorialen) Bischöfe, gegen deren Amtsführung schwere Vorwürfe erhoben werden, eine Art Oberaufsicht zu üben. Er sollte keinen Metropolitensitz haben, sondern dem Papste unmittelbar unterstellt sein und auch den Titel und das Amt eines Nuntius bekleiden. Die Wohnung wollte der Herzog beschaffen, für die Einkünfte aber sollte der Papst Sorge tragen, dem auch ein Confirmationsrecht verblieb, während die Präsentation der Herzog sich selber vorbehielt. Nach Angabe des Memorials wären gegen das Projekt nur von Seite Freising's, aus dessen Jurisdiktion der neue Sprengel auszulösen war, Schwierigkeiten zu befürchten gewesen, die man aber auf irgend eine Weise zu beheben gedachte, da die Administration jenes Bisthums in den Händen des Bruders des Herzogs lag.

Von der Realisirung dieses Planes versprach die bayrische Regierung dem Papste sehr grosse Vortheile für die katholische Sache. Die Residenzstadt, der Sitz aller Behörden, „sozusagen eine Hochburg der Auktorität, würde dadurch auch eine Veste der Religion werden“; das Eindringen häretischer Elemente in den Rath des Herzogs, wofür die allerletzte Zeit noch Beispiele geliefert, wäre nicht mehr so leicht möglich, geistliche und weltliche Gewalt könnten zusammen wachen und wirken, rathen und thaten, auf dass in ganz Bayern die kath. Religion unverfälscht erhalten bliebe. Nur einmal wird angedeutet, dass der Herzog aus dieser Institution auch politische Vortheile sich erhoffe.

Welche Antwort Gregor XIII auf die bayrischen Vorschläge gab, ist aus Ninguardas Papieren nicht zu ersehen — der Erfolg, den das Memoriale hatte, lehrt uns, dass sie verneinend ausfiel.

Wir bringen nun die beiden Aktenstücke in ihrem Wortlaute zum Abdruck.

I. *Memoriale eorum, quorum curam ac sollicitudinem in se recepit reverendissimus dominus nuntius apostolicus episcopus sanctae Agathae in gratiam serenissimi ducis Bavariae impetrandorum.*

Primariarum precum consuetudo ex antiquissimis Bavaricae domus regalibus necdum penitus oxolevit, apud collegiatas praesertim ecclesias, quae sunt ad sanctum Andream et sanctum Vitum in civitate Frisingensi, nec dubium est, quin eandem habuerint ab antiquo in cathedrales etiam ecclesias per Bavariam omnes facultatem ¹⁾. Quod quidem si postliminio restituendum non videatur serenissimo domino nostro, nimirum ut Bavariae ducum, postquam ad rerum gubernacula accesserint, primae preces apud ecclesias quoque cathedrales admittantur et valeant, hoc saltem iam contendit dux serenissimus, quo illud suum ius ad ecclesias collegiatas *Frisingae*, sanctorum Viti, Andreae et Joannis itemque *Isnae* sancti Zenonis confirmetur, datis etiam si aliquando usus efflagitarit processibus.

II. Ad seminarium theologicum, quod est *Ingolstadii* sub Albertinae pietatis memoria erectum, iam diu rogatur talis quaedam pontificiae liberalitatis auctoritas, qualis Austriae archiducibus pluribus in locis et alibi quoque ad catholicas scholas fieri solet, constituta nimirum certa aliqua pecunia annua, seu certo illuc posito pontificiorum alumnorum numero, cuius desiderii ubi reverendissimus dominus nuntius curam serio susceperit, optime sperabit serenissimus dux, eo quod suae reverendissimae paternitati de loco, de praeceptoribus idoneis, de usu denique pernecessario omnium rectissime

¹⁾ Nach *Sugenheim* (Baierns Kirchen- und Volkszustände etc. Giessen 1842 S. 276) lassen sich die « ersten Bitten » nur bis in die ersten Dezennien des 16. Jahrh. zurückverfolgen. Das erste urkundliche Beispiel ist vom Jahre 1523.

constat. Bene pollicebatur olim cardinalis *Moronus* sanctae memoriae, auxit fiduciam hanc Bavaricam reverendissimus et illustrissimus legatus *Madrutius*. Eventus, qui ad ista sequatur, reverendissimi domini nuntii fortunae ac felicitati servatus creditur.

III. Breviario cantuque Romano uti coepit ecclesia collegiata sancti Jacobi ac Tiburtii *Strubingae*, postquam ex iure Pfaffenmunstrensi ante biennium illuc fuit translata, non absque singulari serenissimi ducis voluptate, qui sane cuperet sacrorum horarumque canonicarum ritus istos per totam Bavariam observari. Sunt tamen ibi, quod fieri fere solet, ubi res in meliorem statum adducuntur, quibus cum nova ista videantur, ingrata accidant, atque ob id ad veteres usus subinde respicientes priscam psallendi cantandique formam restitui cuperent. At vero quo illis optatius, eo magis ingratum hoc serenissimo duci accideret, qui ob id litteras rogat a sanctissimo domino nostro ad istius ecclesiae capitulum, in quibus collaudato eorum pio studio introductus ille Romanus usus plane confirmetur in perpetuum, idque non solum in ecclesia ista, sed per totam civitatem Strubingam et, quamprimum hoc per librorum necessariorum copiam fieri queat, per tractum universum istius vicedominii seu rigiminis Strubingensis, in cuius oculis est omnium maxime illud collegium.

IV. Visitationem quoque et sēminarium monasteriorum a revdmo domino nuntio instituta ut confirmet sanctissimus dominus noster per bullam, imo plures, operae pretium videtur; sic enim ubi praelati ipsi ea in re officium fecerint, restituetur monastica disciplina conservabunturque monasteria, quae sic haud obscure minantur ruinam. Offertque ad eam rem dux operam et auxilium a revdmo domino nuntio expetitur, atque in eum modum postliminio fere restitutam antiquam illam visitandorum reformandorumque monasteriorum formam a sede apostolica ante 100 iam annos in gra-

tiam Bavariae ducum concessam ¹⁾ bullisque firmatam iterum videmus, nam et olim circa res istas nimis laxa erat episcoporum cura, cui tali ratione succurrendum fuit.

V. Super lacticiniorum usu dispensatum quidem creditur iam diu per totam Germaniam, ut ieiuniorum tempore ob olei in his partibus defectum non sit prohibitus, sicut et in Bavaria et alibi apud catholicos Germanos invaluit ab immemorabili tempore. Cuperet tamen serenissimus dux talem indulgentiam renovari aut concedi de novo ad perpetuos usus, et quia ab ovis in his partibus aegre abstinetur, tum ex consuetudine longissimi temporis, tum quod pisces et alia victualia ieiuniorum tenuioribus praesertim saepe desint, singularis gratiae argumentum fuerit, ubi sanctissimus dominus noster ovorum quoque licentiam dederit.

VI. *Hochwartiani* ²⁾ testamenti negotium, quomodo sese habeat, iam ante notum est revdmo domino nuntio, et quia non potuit illud propter institutionem mirabilem potius quam utilem aut possibilem exequutioni mandari, et tamen ipsa aequitas postulare videtur, ut Bavaria huius testamenti beneficio non prorsus destituatur, cum in eius partibus exequutio a testatore instituta fuerit, nimirum ad civitatem suburbanam Ratisbonae, quae serenissimo duci subiecta est: ratio forte esset piae voluntati non repugnans, ut fundatis primum ad academiam Ingolstadiensem stipendiis tribus *Hochwartianis* (qua quidem in sententia ipse quoque testator fuit, quod multis constat) reliqua eius hereditas tota devolvatur

1) Durch Sixtus IV. u. Hadrian VI. Var. Poi. CII, 63.

2) Lorenz Hochwart geboren 1493 zu Tirschenrent, 1531 Domprediger in Eichstätt, 1533 Domprediger und 1536 auch Canonicus in Regensburg, 1541 in gleicher Eigenschaft zu Passau, 1551 Prokurator des Passauer Bischofs auf dem Konzil, 1564 Domscholasticus zu Regensburg, gest. 1570 Febr. 20 dortselbst (*Strauss*, *Viri insignes* Eichst. 1799 S. 189; *Deutinger* Beiträge V, 538 ff.).

ad institutionem seminarii Ratisbonensis, quacunq; tandem ratione optimus eius modus reperiatur. Sive enim ad ecclesiam ipsam tale quid fiat (in quo tamen summa hucusque fuit atq; etiamnum apparet difficultas) sive id abbati Scottorum ibi commendetur, apud quem paratiora certioraque videntur omnia, seu denique ex redditibus istis certi quidam Ratisbonensis ecclesiae alumni perpetuis temporibus Ingolstadtium aut ad alias catholicas in Germania scholas mittantur ac sustententur, nihil fiet vel alienum a christiana pietate et auctoritate, cui subiacet Hochwartiana voluntas, vel minus pro ecclesia Ratisbonensi ac Bavariae salute et usu, cui is omnia sua destinavit. Atque hic plurimum valebit revdmi domini nuntii sententia, de qua et amanter serenissimus dux et pie academia Ingolstadiensis sibi persuadent.

VII. Principi Ferdinando tertio genito serenissimi ducis filio procurabitur forte canonicatus in ecclesia Salisburgensi, sed annos non habet princeps talis beneficii capaces, super quo defectu dispensatio rogitur. Et certe necessarii videntur hac tempestate ecclesiis catholicorum principum filii, quorum auctoritate ac viribus nitantur contra manifestas haereticorum machinationes.

GUILHELMUS, *manu propria.*

II. *Memoriale secretum pro reverendissimo domino episcopo sanctae Agathae nuntio apostolico, quantum spectat ad erectionem novi episcopatus Monachii.* 1)

Quod in republica christiana divini potius quam humani consilii esse visum est, nimirum ut ad temporalium rerum gubernacula, ad quae imperia, regna, provinciae, populi, civitates respicerent, ecclesiasticae quoque iurisdictionis sedes et auctoritas constitueretur: id serenissimae Bavariae domui

1) Rückwärts trägt das Schriftstück die Bezeichnung: *Informatio circa erectionem novi episcopatus Monachii in Bavaria.*

inde ab eo tempore, quo susceptam Christi fidem sua pietate tueri augereque coepit, studio fuit maximo. Et sane olim deus populo suo simul et leges dedit, quibus in officio contineretur, et sacerdotes. Atque romanum imperium ecclesiae dignitate stabiliendum firmandumque erat statim ab initio. Illud summi reges, principes, reipublicae sequentes, non prius de suo quam Christi regno constituendo cogitarunt, haud ignari, quam nihil eorum quae in terris sunt, stare feliciter queat, ni superna benedictio accedat (quod religionis meritum est), illudque ante omnia quaeratur, unde caetera adiciuntur omnia. Sic regia Bavariae ducum familia, quamprimum christianam pietatem amplexa est, metropolim *Salisburgi*, episcopalem sedem ad regiam suam *Ratisbonae*, et tres alias cathedrales ecclesiasticas hinc inde per Bavariam, provinciam non ita magnam, fundavit et erexit; fueruntque principes ecclesiarum istarum patroni et tutores iam inde; et Ratisponenses quidem antistites, uti aulae proximi, summis apud principes muneribus ac officiis praefici solebant, id quod cum *Frisingense* et *Palaviense* quoque factum est, etiam post ea tempora, ubi duces concessa Ratisbonensi civitati libertate sedes suas ad alia Bavariae loca transtulissent. Atque ut ne interiret quod antiquitus sic fieri consuevit, nimirum ut Bavariae duces ecclesiasticis consiliis non destituerentur, a summis pontificibus impetratum est, ut canonici cathedralium ecclesiarum in principum senatum advocarentur, suisque interim praebendis ac beneficiis perfruerentur, non aliter ac si ad ecclesias praesentes essent¹⁾. Verum haec tempora priscos illos modos non admittunt; episcopi enim ecclesiis suis ita sunt necessarii perpetuo, ut vel minimum, nisi gravi cum incommodo, abesse nequeant; et canonicorum idoneorum, qui abesse possent, parvus est numerus, neque etiam restituendae ad Ratisbonensem civitatem ducalis residentiae sive spes sive

1) Bullen von Sixtus IV v. J. 1483, Innocenz VIII 1485, 1489 und 1490. Vgl. S. Riezler *Gesch. Baierns* III. Band (Gotha 1889) S. 677.

commoditas magna superest. Itaque serenissimus Bavariae dux *Guilielmus* pro ea, qua est erga Deum pietate et in subiectum sibi Christi sanguine redemptum populum sollicitudine maxima, atque ut posteriorum et familiae saluti prospiciat firmiter, in eam cogitationem iamdiu incumbit, si Monachii ad perpetuam Bavariae ducum residentiam episcopalem sedem instituere fundareque possit, quo videlicet ad manum semper sit, cuius auctoritate et firmari religio, et consolari Bavaria omnino queat. Atque huic suae curae, dum studiosius invigilat, multa subinde sese ingerunt, quibus magis ac magis ad opus hoc accenditur eaque in haec fere capita colliguntur.

1. Est *Monachium* principalis Bavariae civitas, ubi duces ante quingentos fere annos iam perpetuo resident, est hic consilium summum quod aulicum vocatur, tribunal omnium supremum, ad quod totius provinciae negotia et appellationes recurrunt. Huc pertinent quae ad principum redditus, vectigalia, census, emolumenta omnia spectant, veluti ad centrum suum; unde qui rebus hic inde praefecti sunt, suam quam habent auctoritatem, omnem accipiunt; senatus civitatis ut plurimum ex patriciis et nobilibus constat; sic, ut Monachium potestatis auctoritatisque Bavaricae arx quaedam, sedes et specula merito dici debeat. Ubi si religio quoque munita recte fuerit, universae Bavariae consultum existimabitur. Hanc tamen ordinarius episcopus, qui Frisingae, quinto ab hinc miliari, res suas agit, vix ad se pertinere iudicat; et clerus, qui hic est, cum auctoritate curare non potest. Nec enim suffecerit, ut hoc summo loco sacra sint salva atque non desint presbyteri qui res divinas tractent et sacramenta ministrent populo; sed opus etiam est amplius consiliarios adeoque principes ipsos observare, senatum civitatis considerare, quo sint omnes in religionem studio, ne quid irrepit facile, quod sincerum non sit, quemadmodum non multis ab hinc annis accidisse visum est, cum multi non ex postremis consiliariis ac senatoribus vel aperte haereses alerent, vel alioqui religioni non parum essent infensi, ubi ingenti Dei beneficio, seu

miraculo potius, una principis pietate et constantia, omnia tamen brevi restituta purgataque sunt, Frisingensi episcopo ad ea secure admodum dormiente. Itaque ut aula faciat officium; ut civitas contineatur, eaque omnia, unde totius provinciae auctoritas et exemplum dependet, salva sint, episcopo praesente opus esse censetur; cuius opera in iis quae ad ecclesiasticam disciplinam, et ad populi mores, atque pietatem spectant, multo facilius et commodius utentur principes, quam aliorum ordinariorum, qui ad officium vix accedunt, etiam moniti saepius.

2. Honoratum fuerit pientissimis principibus in primaria sua civitate episcopum habere praesentem, quo ad tuendam augendamque per suas ditiones christianam pietatem iuventur et animentur. Eoque modo et ecclesiasticis negotiis, et politicis necessitatibus, ex uno eodemque loco recte semper prospicietur. Etsi enim sola Monachiensis civitas ad novum hunc episcopum pertinebit, quia tamen haec Bavariae veluti specula quaedam est, episcopi consilium et auctoritas ad omnia erit utilis, sive cum ordinarii visitationes instituent, sive is singularem habeat a sede apostolica inspiciendae curandaeque provinciae facultatem, et nimirum sit instar perpetui in Bavaria nuntii. Quo sane consilio vix apparet, quid salubre magis his terris contingere possit. Neque enim non perurgebit is alios episcopos suo exemplo, ut vigilantius intendant in domini gregem, atque potestate etiam utetur, si qua talis ei concedatur, qua certe cessantium ac negligentium vices per suam diligentiam supplebit non infeliciter, quod principum potentiam et brachium semper habebit paratum et praesens. Et plus videbit hic unus episcopus, quam caeteri ordinarii omnes, cum de singulis quae per Bavariam accidunt, subinde hic explicetur a ministris et officialibus, quos eorum quae momenti alicuius sunt, latere nihil solet.

3. Ad continendam porro in religione catholica Bavariam, cum praecipuum in principum pietate positum sit, nemo alius hoc episcopo magis praestabit, utpote observatore inspecto-

reque proximo et perpetuo, atque is ea dignitate munitus et monere et arguere poterit cum fructu, quotiescumque eius sui officii usum aliquem perspexerit maiorem. Et nunquam fiet ne non magis ac libentius audiatur episcopus, quam quivis alius, ad quem forte non ita pertinet de gravioribus rebus apertius explicare et commonere. Erit quandoquidem confesarius ducum, certe concionandi munus haud negliget, quod censetur eius proprium, ad minus per quadragesimam. Quibus rationibus omnia facile consequetur apud principem, quibus ad eius salutem conservandamque per ipsum Bavariam universam indigebit.

4. Ab ipso autem principe sic munito ingens erit episcopi usus apud senatum ecclesiasticum, cuius summa est hic utilitas et necessitas, ut is bene institutus recte conservetur, omniaque in eo ordine ac decenter fiant. Praeerit huic tanquam caput, eumque sua auctoritate stabiliet et conservabit, quo certis per hebdomadam diebus ecclesiastica negotia rite expendantur, et quae sic expedita fuerint, executioni mandentur, in quo non raro hucusque laboratum est.

5. In arduis et secretis consiliis, praesertim ubi religionis causa aliquo modo fuerint coniuncta, maxima erit et utilitas et auctoritas episcopi, quod fere usu venire solet magnis regibus et principibus, qui gravissima negotia per tales ut plurimum conficiunt. Sic etiam legationibus et commissionibus honoratioribus ad summum pontificem, ad imperatorem et alios episcopus erit commodus.

6. Quod si principem abesse contingat diutius, locumtenentis munus subibit episcopus, omniaque sua auctoritate continebit, quod olim in Germania fieri solebat imperatoribus ad bella et alias regni necessitates absentibus. In summa si quid hic domi, si quid per Bavariam totam, si quid apud episcopos alios, quorum dioeceses in Bavariam extenduntur, pro Christiana pietate ac disciplina instituendum conservandumque fuerit, id Monachiensi episcopo, principum zelo ac potentia munito, commendabitur.

7. Quod si sedi apostolicae gratum quoque fuerit de principum Bavariae officio certum semper esse, episcopum hic constituat et, si ita videbitur, nuntii pontificii auctoritate muniat. Sic nimirum erit segura magis quam ex aliorum omnium episcoporum studiis ac promissionibus amplissimis.

8. Atque his rationibus si addatur de manifesta ordinariorum negligentia, per quam (quod luce meridiana clarius est) tota Bavaria periisset aequae ac Germania caetera fere omnis, nisi principum pietate atque zelo fuisset communita, facile apparebit de operis huius necessitate maxima. Unde non aliud magis quam hoc unum speratur, ut ecclesiastica et saecularis potestas simul unoque loco invigilent et consilia viresque sic iungant, quo perpetuis temporibus et religioni prospectum sit, et ex religione sana caetera omnia in officio constant ac perirent certius.

9. Iam ni hoc etiam attendatur, in quae pericula maiora prolabatur religio catholica per Germaniam subinde, et quam parum ei sit praesidii reliquum in episcopis aliis, nemo facile improbabit pientissimum ducis studium, quod posteris cautum esse cupit, ne dum ordinarii aliquando post communes imperii morbos et affectiones abierint, ipsi quoque pastore destituantur eo loco, unde populis suis auxilium ferendum fuerit unice. Visum enim cognitumque satis fuit in proximis comitiis Augustae ¹⁾, quid machinentur haeretici, et qui ad id episcoporum per imperium animi sint.

10. Ac praeter ea, quae, ut intellectum est, huius rei necessitatem non parvam habent, hic episcopatus sacris nostris summum addet decorem, ubi omnia Romano more peragentur. Iam quidem capella ducalis in castro novo Romano utitur cantu nec alios admittit nisi Romanos ritus et caeremonias, extra per civitatem in templis parochialibus ipsaque ecclesia collegiata cuncta fiunt ad missale ac breviarium Frisingense. Iam si civitatis quoque clerus totus

¹⁾ Augsburger Reichstag vom Jahre 1582.

eundem teneat sacrorum ordinem, cantum, caeremonias easdem, erit in Germania Monachium nova Roma. Hancque uniformitatem temporis successu Bavaria omnis amplectetur, sic deinde qui hanc provinciam ingressus fuerit, ex ipsa sacrorum ac caeremoniarum forma intelliget, idem in Bavaria credi et teneri, quod credit et tenet sancta catholica et apostolica ecclesia Romana, cuius inexpugnabile est adversus haeres ac errores argumentum, quod unitatem et uniformitatem nunquam amittet in iis, quae ad fidem spectant. Atque huius rei Straubingae ad translata[m] illuc ecclesiam collegiatam initia quoque iam facta sunt, quae Romano utitur breviario et cantu. ¹⁾

II. Neque vero difficultatibus etiam frangitur catholici ducis desiderium, quae hic occurrunt. Sumptibus enim maioribus si aliae commodae rationes non suppetant, sanctissimus dominus noster subveniet vel per incorporationem vel suppressionem alicuius monasterii ex iis maxime, quae iam per aliquot annos vacarunt, quamvis alia prius tentabuntur omnia quam ad eiusmodi opem recurratur, et restituta potius cuperet princeps quam sublata monasteria. De aedibus quoque episcopalibus ac aliis etiam, quae ad cathedralis ecclesiae usum requirentur, iam fere deliberatum est et curatum satis. Sed et loci amoeni extra civitatem, quo concedat interdum episcopus, occasio non deest. Novitas quoque, si qua eius rei videtur aliquibus, non deterret, sicuti Austriacae quoque domus episcopi Viennae, Neustadii, Lambaci, ubi episcopus in abbatia incorporata extra civitatem residet, item recentes sunt. Et si metuantur contentiones futurae de limitibus ecclesiasticae iurisdictionis, initio statim ita succurri poterit, ne facile emergant. Quod si tamen aliquando oriantur, non deerit, quae componat et auferat istas, sancta sedes apostolica.

¹⁾ Ninguarda hatte auf Wunsch des Herzogs diese Translation mit päpstl. Bewilligung vorgenommen am 25. Febr. 1581. Var. Pol. CII fol. 131 f. Vgl. dazu oben S. 367.

Unum, quod omnium maximum censi queat, totius rei impedimentum ex ordinarii Frisingensis, cuius ecclesiasticae iurisdictioni paret haec civitas, resistentia, quomodo se habeat, reverendissimo domino nuntio apostolico cognitum est, nihilque exinde periculi, ubi dextre instituantur res in Urbe, quarum etiam rationes ipsi explicatae sunt. Frater ¹⁾ quidem non invidet hanc dignitatem suae familiae, sed motus cuiusdam proprii auctoritate succurrendum erit tam ipsi, ne apud capitulum laboret eius honor, quam duci etiam, ut maiori et animo haec suis proponere possit, et conatu perurgere. Futurum enim speratur, si pontifex ista sanctissimus sua sponte proponat ac suadeat per litteras fratri, utrinque plures fore qui mentem ad ea promovenda adiiciant. Iam qui praeter ipsos de his rebus intellexerint sunt paucissimi. Una summi pontificis voluntas et auctoritas viam aperiet, consilium ministrabit, rem conficiet.

12. Institutus autem episcopus Monachiensis, nihil habebit negotii cum rebus imperii, sicuti caeteri per Bavariam episcopi, suam is curabit civitatem solam iisque aderit, quae superius sunt explicata, nemini alii superiori quam sedi apostolicae immediate subiectus, cui per Bavariae duces praesentabitur confirmandus, sicuti fit cum episcopis Austriacis.

Atque haec omnia pro sua prudentia secretissime habebit sicque instituet agetque reverendissimus dominus nuntius, quocum desiderii istis serenissimi ducis reique necessitate non exigua de summa ac sincera suae servitutis erga sedem apostolicam devotione et perpetuo in religionem catholicam studio, in quo unicus est rerum istarum omnium scopus finisque positus, sanctissimo domino nostro summo pontifici rectissime constet. Actum Monachii 12 die mensis septembris anno a Christo nato 1583.

GUILHELMUS, *manu propria*.

¹⁾ Ernst von Bayern, Administrator von Freising seit 16 Okt. 1566.